



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Quarta Conclusio. Tortura non est adhibe[n]da in omni caussa & delicto,
sed tantum in atrocibus & grauibus criminibus, pro quibus de iure vel
consuetudine, aut statuto poëna mortis, aut corporalis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

dateum torquere super probatis, debetq; facere, vt talis protestatio appareat in actis.

Quarta Conclusio. Tortura non est adhibenda in omni causa & delicto, sed tantum in atrocibus & grauibus criminibus, pro quibus de iure vel consuetudine, aut statuto pœna mortis, aut corporalis notabiliter affligens infertur.

DOCTORES in d. L. Edictum. cum textu quando ait: Quæstiones nec semper in omni causa & persona desiderari, &c. sed cum capitalia & atrociora maleficia, &c. Marfil. in Rub. de quæstionib. & ibidem Salycet. & alij. Francisc. Brunus in tract. de indicatijs & tortur. 2. part. 3. q. Paul. Grilland. de eadem materia q. 5. princip. Iul. Clar. in d. q. 64. num. 4. & post alios Gomez. in d. c. 13. num. 2. Ratio redditur: Quandoquidem tortura est grauis afflictio, ideo non debet maior pœna inferri reo nec conuicto, nec condemnato, quàm esset inferenda ex ipsa condemnatione, si reus crimen esset confessus, aut de eo conuictus probationibus.

Quinta Conclusio. Tortura debet adhiberi cum moderamine secundum qualitatem personæ, delicti, indicatorum & temporis, ita vt moraliter & verisimiliter reus tortus

tortus